

Nam studet abstrusi sinuosa ænigmata juris  
Pandere, quo distent fasq; nefasq; loco;  
Annorum & vitæ saturum, saturumq; dolorum;  
Quos ætas secum exosa senilis habet,  
Ille pater divumq; hominumq; æterna potestas  
Abstulit, Elysiis huncq; locavit agris;  
Ponite chara viri conjunx cum prole relicta  
Et generi, lachrymis tristitiæq; modum:  
Cui lachrymas jamdudum omnes absterfit JESUS,  
Constanti carus cui pietate fuit,  
Indigena æternæ hic patriæ, sedisq; beatæ,  
Æternum æternâ hîc pascitur ambrosiâ.

Condolentiæ ergo f.

Michael Neucrantz Med. D.



Quod benè conveniant clarorum nomina rebus,  
Hoc ipsum nomen comprobat esse tuum.  
Funct; enim gratum cum nomen ab Hagen haberet  
Ut studuit talis nomine req; fuit.  
Unde suum nomen claris extendere factis  
Enituit summis complacuisse viris.  
Principibus placuit, placuit melioribus unus  
Atq; unum novit displicuisse malis.  
Hoc erat & juris se demonstrare peritum,  
Nosse placere bonis, non ad amasse malos.

Unde